


1 accuratis
deo distra-
em exem-
onquestos
attentio-
ham rede-
querendi
n Descri-
Coronidis
e. Ex Mu-

Longitu-



In usum Tabularum.



ONGITUDO. *Ptolemao* & nobis in hoc libro, est *Æquatoris sive Äquinocialis Circuli segmentum*, Meridiano ejusdem loci, & Fortunatarum Insularum Meridiano comprehensum: nam ab his Insulis initium longitudinis sumitur.

Nonnulli jam longitudinem incipiunt non ab Insulis Fortunatis, quæ (Canariae hodie vocantur) sed ab Insulis Flandricis quæ & *Afres* dicuntur, quod acus nautica ibi re&a in Septentrionem vergat. Superficies vero Globi continet in longitudine gradus 360.

Latitudo est arcus vel segmentum cuiusvis loci inter *Æquatorem* & Parallelum qui ejusdem loci punctum verticis ducitur interclusus: estque semper æqualis elevationi Poli.

Latitudo duplex est, scilicet *Septentrionalis* & *Meridionalis*, numeranturque ab *Æquinoctiali* ad utrumvis *Polum Latitudinis* gradus 90.

Longitudinem atque Latitudinem gradus in omnium Tabularum lateribus designavimus, & quidem pro maxima parte Latitudinis ad dextram & sinistram: Longitudinis vero in summo atque imo, nisi cum aliquando describenda regio magis inter Meridiem & Septentrionem extensa fuit.

Singuli gradus tam Longitudinis quam Latitudinis (pro loci capacitate), nonnunquam in 60, aliquando in 10, 6, vel 5 partes, quæ Minuta vocantur, dividuntur. Graduum vero majoribus: Minororum minoribus Aritmeticis figuris notavimus differentia caufa.

Si quis Longitudinem vel Latitudinem alicujus loci explorare velit, ubi Meridiani Paralleli sunt: id efficiet distantiam ejus a latere Tabulae circino sumendo, circumunque sic expansum ad aliud latus applicando. Si distantiam ab Orientali latere sumptisti, circinus ex eodem latere in Septentrionali latere gradum & minutum Longitudinis ostender. Si a Boreo latere distantiam habes, ex eodem in Orientali latere Latitudinem designabit. Si vero Meridiani non fuerint Paralleli, eodem quidem modo loci Latitudo reperiatur, at in universalibus Tabulis ubi Paralleli sunt circulares, distantia loci a proximo sumpta idem in latere Orientali ostendet. Longitudo autem quærenda erit filo, aut regula, loco superimposita verfaque, donec in Boreo Australique latere idem utrimque ejusdem gradus minutum designetur, quodcumque tum illud erit, loci assumpti Longitudo existet,

*Quo artificio sint inter duas civitates, & alia quævis loca gradum vel miliarium...
interstitia invenienda.*

TABULIS omnibus Scalas miliarium adjunxit, quibus facile omnium locorum interstitium invenies hoc modo.

(..)ijj

Adsit